

## Egyháztörténelmi adatok.

CXXXVIII.

### II. Rákóczy György adományozása V. Daniel Jánosnak.

*II. Rákóczy György vargyasi Daniel Jánosnak, Udvarhelyszék alkapitányának azon szolgálatokért, melyeket régebben atyjának és elődjének, újabban pedig neki és testvérének Zsigmondnak tett, adományozza a gebarti Keserü János Martonfalván levő részjóságát, mely az ő magvaszakadtával a kincstárra szállott. Besztercze 1649. november 4-én.*

Nos Georgius etc.

Memoriae commendamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod nos benignitate singulari inclinati in generosum Johannem Daniel de Vargias sedis siculicalis Udvarhely vice capitaneum, fidelem nobis sincere dilectum ob eam vel maxime fidem et integritatem, quam uti in celsissimum dominum patrem et praedecessorem nostrum excelsi nominis et in nos et nostros a primis vernantis aevi sui, et promotionis rerum nostrarum temporibus, ita hodie etiam in totam nostram domum animo aequo et rectae promptitudinis lance constanter exercet, seculo urget et indesinenter auget; hoc ipsum etiam illustrissimus dominus Sigismundus Rakoci de Felső-Vadász frater noster adamantissimus in eodem, velut gemmam auro inclusam, postquam animo faventi observasset et frugem tenacem constanciam pertinacem ac arborem feracem in pectore fide comperisset. Totalem et integram portionem suam possessionariam in possessione Martonfalva in comitatu Albensis, Transsilvaniae existentem habitam; antea per eundem ad curiam suam et bona Vingartiensia tentam et possessam, quam generosi condam Joannis Keserü de Gebart praefuisse, verum per defectum feminis ejusdem ac fiscum devoluta et praescriptae curiae applicata esse, eidem Joanni Daniel ac Sophiae Gerendi conjugii suae, eorumque haeredibus et posteris omni eo jure, quo ad ipsum pertinere dignoscatur mediantibus litteris suis donationalibus dedisse, donasse et contulisse perhibetur. Siquidem alias etiam ad eandem portionem possessionariam idem Joannes Daniel jus etiam uxorium praetenderat et huic fraternum collationi nos quoque benigne consentimus et eam

approbando roboramus, imo pro uberiori in eundem nostrae etiam benignitatis declaratione totum etiam et omne jus nostrum regium eo quod in eadam portione possessionaria aliter qualitercunque haberetur, aut eadem et idem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis, et rationibus coercerent, collationem, simul cum cunctis suis, utilitatibus et pertinentiis, quibuslibet terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, silvis, nemoribus, montibus, alpibus, vallibus, vincis, vinearumque promontoriis, item aquis, fluviis, piscinis, piscatoris, acquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem et idem de jure et ab antiquo suo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memorato Johanni Daniel ac Sophiae Gerendi conjugii suae, haeredibusque et posteritatis ipsorum, primum quidem masculinis, iis vero deficientibus etiam foemini utriusque sexus universis ex lumbis et thoro ejusdem Joanni Daniel prodeundis benigne dedimus, donarimus et contulimus, prout damus, donamus, et conferimus jure perpetuo et irrevocabili tenendam, possidendam pariter et habendam salvo jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas nos in formam privilegii nostris redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportatae.

Datum in civitate nostra Bistriciensis, die quarta mensis novembris, Anno domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo nono.

*Georgius Rakoci* m. p.

*Joannes Horvat de Palocz*  
secretarius m. p.

(Er. orsz. lvtár. gyulafejevári kápt. lvtár Liber Regius XXIV, 164.)

Közli: DR. VASS MIKLÓS.

CXXXIX.

### Suki Susánna szomorú jelentése férje Szentiványi Zsigmond haláláról.

Én e 130 éves szomorú jelentést czélszerűnek látom közölni, mert ebben az Unitáriusoknak mult százévből két nevezetes családból való személye szerepel; mert férj és nő mindkettő erős unitárius családból valók. A másik ok a mi arra késztet hogy közöljem ezen temetésre hívót az is, hogy Kőváry történész ur, az 1899-ik évi Keresztény Magvetőnek 1-ső füzetében Sepsi-Szent-Iványi Szt. Iványi Zsigmondot, a kinek neje Suki Susánna, Kolozsvár vidékének írja, itt pedig a szomorú-jelentés szerint Marosszéken Nyárad-Gálfalván halt meg, mint ottani birtokos; hátha ez is valamit tisztáz az ügyön.